



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 19. Jacobi I. Angliæ Regis libellus contra Tirænium Comitem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](#)

troversia inter Jacobum Andreæ & Theo- Sæc. XVII.
dorum Bezam colloquium Mompelgar- A. C. 1608.
diæ institui jussit. Anno etiam mil-
lesimo sexcentesimo Romam venit, anni
Sacri solemniis interfuturus: tandem
vero Stutgardiæ die vigesima nona Ja-
nuarii obiit, rarum singularis justitiæ,
fortitudinis, constantiæ, sobrietatis, vi-
gilantiæ, judicii, ac prudentiæ exem-
plum, quas tamen virtutes animique
dotes gravibus humanæ imbecillitatis
vitiis haud parum obscuraverat.

§. XIX.

Jacobi I. Angliæ Regis libellus con- tra Tirænium Comitem.

Jam supra meminimus, Tirænium ac *Merc. Gallo-*
Tirconcellum Comites unacum uni- belg. l. 31.
versa eorum familia ex Hibernia Catho- *Ferreras*
licæ Religionis studio profugisse. Hi hift. Hisp.
primo in Franciam, inde Bruxellas con- *cont. cap. I.*
tendebant, ibidem ab Alberto Archi-
duce ejus Conjuge, & Marchione Spi-
nula aliisque perbenigne exceptus. Post-
ea Romam delatus ibidem quoad vixit,
tutus permanxit. Percepta autem ho-
rum Comitum fuga, cauſſas ab ipsis al-
legatas Jacobus Angliæ Rex aspero,
parumque persona sua digno scri-
pto eos infectatus est, ubi eisdem præ-
primis expobavit, quod nec genere nec

X 3

aliis

Sæc. XVII. aliis meritis commendati ad dignitates
A. C. 1608. evecti nullam aliam ob caussam in fugam
 fese dedissent, quam quod malæ con-
 scientiæ metus eos morderet, atque ex-
 gitaret: quamvis enim prosequebatur Rex,
 fugæ suæ Religionis causam prætexant (re-
 jus velo nimis quam multi hodie ad nequitiam
 suam & scelerata consilia abutuntur)
 addito alio non minus vano prætextu,
 metu scilicet parum æqui in controversiis qui-
 busdam judicii, & imminentis inde sibi pe-
 riculi: hæc tamen omnia tam fatilia tam-
 que levia sunt, ut nulla egeant refutatione.
 Et quidem ad nequitiam & perfidiam eorum
 ostendendam nullis aliis argumentis opus esset,
 quam quæ non ita pridem & superiori tem-
 pore perpetrarint. Nam & a Domina &
 Regina sua defecisse & patriam auro vena-
 lem habuisse, ac Reginæ suæ hostibus pro-
 didisse, multaque ejusmodi perpetrasse potest,
 ut vix in hominum numero, sed pro natura
 monstris habendi. Hæc quamvis toto mun-
 do, ut dictum est, pateant; minustamen fa-
 cere non possum, quin falsos eorum prætextus
 refutem, atque amoliar, principio igitur,
 fide rege digna sancte affirmo, nunquam
 mihi in mentem venisse, ullum eis religionis
 caussa negotium facere aut litem intentari,
 ut quid enim religionis caussa eis molestiam
 exhiberem, qui cædem nequam pro male-
 ficio, nec matrimonium pro consuetudine
 siue laudabili more ex gentium jure, nec pro

viro bono eum habeant, qui non de cœribus, Sæc. XVII.
rapinis & violentiis magnifice possit gloriari? A. C. 1608.

imprudenter ergo ac stulte plane facturus
(meo quidem judicio) qui hominibus omnis
Religionis expertibus religionem imponere,
aut conscientiis eorum, quas nullas habent,
imperare conarer: quod vero ad alterum il-
lud attinet, metum scilicet, ne Regem in
controversiis suis parum æquum judicem ex-
perirentur, illud negari non potest, omnia quæ
habent, ex Regia & mera liberalitate eos
obtinere, post nefariam scilicet proditionem,
ob data aliquot pænitentiæ indicia, in gra-
tiam receptos, ego nihilominus eorum rebus
quam cujusquam ex omni competitorum nu-
mero, favissem, nisi iis in rebus, quas
ad augendam suam ipsorum dignitatem, &
alios multo meliori loco natos opprimendos,
& Regiæ dignitatis ac juris immunitionem
moliri eos intellexissem, dum nulli de-
pendentiae sive clientelæ fiduciariae se
subjectos ferunt, sed neque ipsi inficiari
possunt, rebellionis paullo ante fugam rursum
ab ipsis sparsa semina; quin & exteris Princi-
pibus regnum invadendum, ac diripiendum,
suamque operam, modo ea uti vellent, ob-
tulisse, hac inter ceteras perlata quoque con-
ditione, ut regno occupato, & ab Anglo-
rum imperio liberato, omnes, qui in Hiber-
nia ex Anglorum prosapia genus trahere
deprehendentur, internecione deleantur. Sed
& totum hoc promissum atque oblatio-

X 4

mini-

Sæc. XVII. minime, uti sperarant, ab exteris Principiis
A. C. 1608. bus acceptata, sed explosa fuit. Firmis
 ergo spero, tantum hanc meam declaratio-
 nem apud alios Reges, Principes & statu-
 pondus habituram, ut tam fædis creaturi,
 earumque si quas forte contra me evolu-
 rint, calumniis minime fidem sint habitu-
 sed tanquam rebelles infidelitatis, & summa
 ingratitudinis reos habituri, atque detestatiui-

Verum hæc acerbioris styli spicula
 minime Tirænii, æquitatis fiducia tuis
 famam lædebant, quamvis Rex sub Ti-
 rænianæ rebellionis obtenuit quos-
 dam Hiberniæ Nobiles in vincula con-
 jectos in Angliam abduci justissem.

§. XX.

Gabriel Batorius Transylvaniæ Prin- ceps a Protestantibus salutatus.

*Merc. Gal-
 lobelg. t. 6.
 lib. 3.
 Juvenç. hist.
 Soc. lib. 12.
 p. 5. pag.
 125.*

Sub idem tempus Sigismundus Rago-
 zius, qui invitus biennio nondum
 evoluto ad Daciæ gubernacula capi-
 senda rapiebatur, quietioris vitæ studio
 ac Cæsareæ vindictæ fuga sese Transyl-
 vanorum Principatu non sine omnium
 admiratione abdicabat, Sarentum &
 conferens: mox vero adscitis conflu-
 tibusque hæreticæ factionis suffragiis
 Gabriel Bathorius in Daciarum Prince-
 pem nominatur, qui etiam ejurato Ru-
 dolphi Cæfaris juramento, Amurathis

Otto-